

reformati, corrigendi, emendandi et puniendi, extirpandi hereses ac hereticos puniendi... necnon in eisdem statuta et ordinationes de novo condendi et illa observari mandandi et faciendi, provincialia et synodalia concilia indicendi, celebrandi et tenendi» ecc.<sup>1</sup> Dat. 1450 IV. kal. januar., anno quarto.

*Reg. 391, f. 17. Archivio segreto pontificio.*

### 38. Papa Niccolò V e Cipro.<sup>2</sup>

[1451].

a) « Nicolaus etc. Carissimis in Christo filiis Romano, Ungarie, Polonie, Boemie, Suecie, Dacie, Dalmatie et Norvegie regibus illustribus ac universis et singulis venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus et ill. filiis nobilibus viris ducibus, principibus, magistris, marchionibus, comitibus, capitaneis... baronibus, militibus... et ceteris cuiuscumque sexus Christifidelibus ecclesiasticis et secularibus — in Germania e altre parti del mondo — salutem etc.

Ut de talento... Hodie siquidem in carissimis in Christo filii nostri Iohannis regis Cipri illustris et ipsius regni Cipri incolarum et habitatorum fidelium... favorem literas concessimus tenoris subsequentis:

« Nicolaus etc. Ad futuram rei memoriam. Salutifere catholice fidei... Pensantes qualiter Theucii... christianorum terras et presertim modernis temporibus... Iohannis regis Cipri regnum hostiliter... invadere... non desinunt quodque, nisi... viriliter resistatur, possent verisimiliter brevi temporis spatio non modo regnum ipsum occupare, sed illud eiusque fideles ad totalem ruinam, ac miserabilem presertim animarum desolationem perducere», così non a torto egli chiede aiuto, «et ut ad id fideles eo fervencius animentur... spiritualia eis munera que terrena antecellent elargimur... Hinc est quod nos... universos et singulos... catholicos reges et... reginas etc. [come sopra] obsecramus in domino... et per aspersionem sanguinis domini nostri Iesu Christi exhortamur, eisque in remissionem suorum peccatorum... ut... prodefensione regni huiusmodi prefato regi grata imponant subsidia caritatis, nos... ipsis omnibus et singulis..., qui de facultatibus suis magis et minus prout ipsorum fidelium conscientiis videbitur, per dictum Iohannem deputandis nuntiis vel procuratoribus seu aliis ab eis substituendis pie erogaverint, auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus, quod singuli confessores... pro commissis hactenus etiam sedi apostolicæ reservatis excessibus... atque delictis... debitum absolutionem impendere... et censuris [omnibus] absolvere... semel in vita et semel in mortis articulo... valeant... Praeterea universis et singulis archiepiscopis etc... mandamus, quatenus... presentes literas... ubilibet... publicent. Volumus autem quod omnia... in pro-

<sup>1</sup> Cfr. *Pii papae sexti responsio super nuntiis, apost.* (Leodii 1796) 326.

<sup>2</sup> Cfr. sopra p. 262.